### Cõmendaticię ꝓ Io. Gœçone Auguſtenſi: ut ſtudiũ cœptũ Heydelbergę: cõtinuare poſſit.

Petrus Schottus Elegãti atq₃ terſiſſimo: bonarum ac
ſacrarũ litterarũ ſectatori: fratri ſuo Magiſtro Iacobo
Vuimpfelingo in Spira S.P.D. Si cõmendato/poſſit
cõmendacio ſupaddi: hunc virũ non modo ꝓbitate:
ſed eciã ꝓbatiſſimorũ ſtudioꝝ ęlegancia præditum:
cõmendare tibi non verebor. Tametſi eĩm tibi adeo⸗
uſq₃ merita ipſius nota ſint: ut tu primus omnium fue⸗
ris: ex quo ea intelligerem: tamẽ quod ſperat aliquid
adiungi poſſe: beneuolencię in ſe tuę: ſi ego ad te ſcri⸗
berem: nolui deeſſe homini mihi pſm caro: teq₃ maio⸗
rem in modum orare: ut propoſito ſuo faueas. Et ꝗd
te libentiſſime facturum eſſe ſcio: ut inſtitutis diui⸗
nis inuigilare: & ex re ſua in ſacris litteris inſudare
poſſit: eum monitis conſilijſq₃ iuues: ſimul ad eos
ꝗs tibi doctrina virtuſq₃ tua: in Heydelbergenſi gym⸗
naſio conciliauit: cõmẽdaticias litteras ei tribuas: qua⸗
les a te ipſe rogabit. Vale. Datũ ex Argentina Nonis
Iulij. Anno. M.cccc.lxxxviij.

### De liberacione Maximiliani: & quid Ceſar contra Brugenſes moliatur.

Petrus Schott⁹ Præſtantiſſimo atq₃ ſolertiſſimo Iuris
pontificij Doctori: Mgr̃o Vito Mæler de Mẽmingen
fratri ſuo cariſſimo. S.P.D. Tu mihi vir ꝓ̃ſtãtiſſime:
ſediciones illas ſubdolas ꝑfidaſq₃: quas ea gens in deli⸗
cijs habet: in Hieronymũ immolę: ac alterũ Fauenciæ
Dominos graſſatas: ſcriptis tuis aperuiſti: ego tibi cõ⸗
tra: virtutẽ nr̃oꝝ: qui regem ſuũ: cuius tibi captiuita⸗
tem iampridem ſcripſeram: ex inſidijs & carcere libe⸗
rarũt: pauciſſimis ſignificabo. Plane quo pacto a Bru⸗
genſibus ęmiſſus ſit: te ignorare non credo: neq₃ te la⸗
tere atbitror: Cęſaream M. ac reliquos Principes: mi⸗
nime contẽtos ea liberacione: inſuꝑ ad ęmendacionẽ



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-81/0156
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG